



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAatalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De sanctis Victore [et] Eoronae martyribus. Cap[itulum]. clxviiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)

De sanctis in mēse maij occurrētibus Fo. cxiiij.

dicebant. Tandem ppter metū paganoꝝum ad
inuicem cōueniunt: vt fortunati corpus vices
tie secum ferrent: felicis s̄o aquilicē remane
ret. Qui passi sunt pridie idus maij.

De sanctis Victore & Corona mar
tyribus. Cap. cxviiij.



Victor martyr & co

rona sub Antonio impatore in
syria passi sunt. Qui victor cū
ignem & verbera venena equu
leum vngulas atq; ardētes lā
pades superasser: & in ip̄i om̄
nibus in christi confessione immobilis redde
retur. Corona cū esset vxor cuiusdam militis &
cepisset sanctū victorem beatificare ob marty
riū pstantiā: vidit duas coronas de celo lapsas
vnā victori: & alterā sibi missam. Cūq; hec cun
ctis audientibus protestaretur: ipsa quidē inter
arbores duas secta per mediū: victor quoq; de
collatus est. Sicq; martyriū suum consumaue
runt in pace: pridie idus maij. Nec ado in mar
tylogio suo sumpto a beato hieronymo.

De sacro Pontio epo & martyre. Cap. cxix.



Pontius

epus & martyr
reporibus va
leriani & galle
ni sub claudio
prefide in galliis ciuitate cu
inella passus est. Datus pater
marcus noie vrbis rome sena
tor. Mater quoq; iulia nobi
lissima fuit. Que cum ipm ad
huc in vtero gestaret templū iouis ingressa est:
vt cōceptōis munera offerret. Tunc sacerdos
idolorū immūdo spū vexatus clamare cepit: fi
liū et iulia nasceturū magnū iouis templū de
structurū. Qd̄ m̄ audies corpus sepius lapidī
bus rūdēdat: vt fetus in vtero deperiret. Sed
dei gra illesum puerū cōseruauit. Cū autē natū
infantē m̄ p̄mire veller a patre prohibita est.
Et dū puer esset & ad scholas philosophoꝝ ac
cederet: audies die quadā xp̄ianos psallētes.
Simulacra gentiū argentū & aurū &c. Verboꝝ
veritate meditat ad sanctū pontianum papaz
ingredif: et ab eo vna cū quodā eius collega in
fide instruit: ac in xp̄i nomine baptizatur. Qui
matre in gētilitate defuncta patrem conuertit
ad xp̄m. Eoꝝ mortuo in locū eius dignitati se
natorie surrogat. Qui etiā duos philippos im
peratores patrē sez & filiū ad fidem conuertit.
Deinde dignitate relicta accessit ad gallias p̄di
cādas & in ciuitate cumella ep̄s fact⁹ est. Tandē
a claudio p̄fide pro fide xp̄i tenef: & in equuleo
leuaf: vectibusq; impositis dudū torquetur: s;
equuleo repētino sonitu destructo ī amphithea
trum ducif: & duobus vris ferocissimis nudus

et ponif: qui eorum venatoribus interfectis ad
pedes sancti martyris procūbebāt. Inde iube
te p̄fide igne circa eū accenso vt cremaretur:
summitas amphitheatrī cōburif: ip̄e s̄o omnino
intactus ab igne productif. Dū autē ad templū
iouis immolaturus adductus esset: templū eū
idolo in puluere redactū est. Sicq; mādato p̄i
dis ibidē capite trūcaf. Et subito claudī in fu
rozē versus linguā sibi dētibus corrost: & oculū
anubij assessoris & in passione pontij psultoris
de capite eius auulsi sunt. Cui⁹ corpus ibidem
a balerio comite sepultū est pridie idus maij.

De sancto Barbaro martyre. Cap. cxx.



Barbarus martyr

passus est ī ciuitate muthonia
sub iuliano impatore. Qui cū
abisset in regionē francoꝝ cō
tra hostes imperij habēs duce
militie noie bacchonem: et ille
victoriā obtinisset: in ip̄o bello barbarus mar
tyr & xp̄ian⁹ miles fuit: qui strenue et viriliter
se gessit: quod imperator audiens comitē illuz
fecit. Post hec dū franci peterēt singulare cer
tamē. Baccho dux barbarū contra francoꝝum
athletā misit. Qui protegēte se angelo in christi
sti nomine aduersariū in duello occidit. Sicq;
franci a bacchone et romanoꝝum erercitū fugati
expugnant. Tum ast baccho barbarū propter
habitu triumphū ad deoꝝ sacrificia inuitaret:
et ille se christianū assereret: baccho hec impe
ratorū nūciauit: qui barbarū deentum: & imola
re recusantē: dicētēq; se a beato cyriaco bapti
zatum: nulla ratione posse deos gentiliū ad
rare. Fecit ipsum iulianus suspendi: et gladio
ventres eius rādū radi donec interiora omnia
defuerēt. Sed ozante sancto ab angelo gabrie
le sibi apparere interiora eius visibiler colle
cta in ventrem eius reposita sunt: & scissura eū
consolidata: ip̄e q; depositus permansit incolu
mis. Quo viso miraculo: bacchus cum duobus
militibus: scilicet callimacho & dionysio cōuersi
sunt: & in christi confessione iubere iuliano des
collati: deinde sanctū martyrem fecit rote fer
ree alligatum circūduci igne supposito et oleo
superfuso. Martyr autem ozans permansit in
ustus: flamma quoq; erumpēs duos ex gentili
bus interfecit. Post hec in carcerem barba
rus mittitur: sed apparente sibi domino confor
tatur. Mane autē sacro eductus in quattuor li
gnis extendif: & neruis taurinis ante et retro
ceditur: deinde caminus in tres dies incendif:
vt in eo immitteretur: in quo martyr christi se
prem diebus incombustus omnino permansit:
et ex eo quasi ex suau balneo philit. Diffus
est postmodū in carcerem: scorpionibus et ser
pentibus ibidē iniectis: quos omnes ab eis in
tact⁹ signo crucis effugauit. Inde ī boue eneo
succenso fecit eū imperator: includi: sed ip̄e ab
p ij